super clemen.si beneficiorū.de decimis q̄ hoc hodie est expeditum per declarationē dc.bonorū z bonifacij.viij vbi dicitur de redditibus prouentibus leprosorum dominorum dei z hospitalium que in vsus pauperum z infirmorum conuertuntur.decime non soluunt. Sed quid si constat hospitale edificatū sed nō constat de auctoritate episcopi.nunquid censebitur locus ecclesiasticus hospitale nisi sit factū auctoritate episcopi.Rñdet lapus.q̄ fede.de sents in consilio.cxvi.dic̄ q̄ exquo non apparet contrarium i dubio presumitur.exquo vocatur hospitale z habet facie loci ecclesiastici.vt colligitur de priuilegijs patentibꝫ.vnde z notat archid.de cō se.di.i.ne moysi dubiū est an in constitutione ecclesie in re q̄ interuenerit ex quo habet signa loci ecclesiastici.z maxime si talis locus denominatur a nomine alicuius sancti.puta dicitur hospitale sancti petri z canciani.immo z plus dicit fede.q̄ si nō sit constructum hospitale auctoritate episcopi.adepiscopum tamē spectat curare vt seruentur in eo ea ad que deputatū est cum persone digentes ibi sint miserabiles.z sub professione ecclesie esse dicātur. Sed queritꝫ an in talibus hospitalibus habeat locum cle.dilpendiosam de iudi.vt.l.in eis pcetu z figura iudicij.Respondet lapus banc questionem datur simpliciter et de plano et summarie sine strepitu tangit glo.ordinaria z tenet q̄ sic.per verbum officijs qd̄ est in dicta cle.quare non est dubiū qd̄ rectores talium locorum dicuntur habere. Sed nunquid in istis fiet missio in possessionē causa custodie. cum in beneficijs nō fiat.extra de eo qui mittitur in posses.ca.i.li.vi. Respondet lapus banc questionē determinauit dominus meus lapus abbas.z cōcludit q̄ nō fiat missio in possessionem.quia ex quo potest procedi in tali causa lite non contestata. vrs.dictum est.cum sit dare viam ordinariam.non recurritur ad extraordinariā. Quid ergo de cle.ad compescendas.de sequestrati.nūquid habebit locū in istis hospitalibꝫ.Respōdet lapus.Credo q̄ sic p̄ veritatem rationis.z per ea qne notat dominus meus lapus abbas.in dicta questione vbi dicit q̄ nomine officij z beneficij ecclesiasticus venit locus religiosus et ecclesiasticus. et iure ecclesiasticorum beneficiorum censeri debet.nec obstat clemen.per litteras .de preben. cum sillibus.quia loquitur in ambitiosis z odiosis.in q̄bus sit stricta interpretatio. Sed nūquid clemen.cu dicit lapus.q̄ iob.an.z bar.z guil.dicunt q̄ nō.z idē sentit archid.z io.mo.quia aliud est hospitale aliud ecclesia. Eodem modo potest queri.vtrum.ca.i.de cleck.li vi.habeat locū in hospitali. Respondet lapus abbas videf sentire q̄ sic.qd̄ etiā mihi placet ñ obstāte.q̄.c.cupientes locum nō habeat.nā illa loquitur de cathedralibus z regularibus ecclesijs.sub quorum vocabulo hospitalia nō comprehenduntur.Sed decretalis statuimus.loquitur de electione.postulationibꝫ.prouisionibus.sed non potest negari quia hospitali prouideatur de rectore de hospitalibus ergo intelligat. Idem sentire videtur paulus de legatis factis p̄ hospitali tenendo.vel post ipsum factum eidem sub diuersis conditionibus. Et primo queritur quid si testator relinquit quandam domū suam priuatam vel cū mandauit ibi teneri lectos ad hospitalitatem seruandam z vnum famulum ad recipiendum pauperes z seruiendū.nunqd̄ potent heres compelli per episcopum ad seruandū h. Respondet lapus non est dubium q̄ potest. sicut z in alijs.legatis de testa.ca.si heredes.cum si.immo fm q̄dam omne legatum est pium .z de omnibus potest se intromittere episcopus.vt de testa.ca. Johannes.z no. archid.xi.q.i.silueſter.immo nō posset heres vel alius dictam domum ad alium vsum deputare.non ex hoc. quia locus sit religiosus.ex quo nō ē auctoritate episcopi factus.sed quia legata ad pias causas facta nō possunt ad alium vsum conuerti q̄ dispositum sit a testatore vt in dicta clemen.quia contingit.de reli.do.z ita astringet heredem ad hoc faciendum.z succedet ipe si non faciet ista cogere debet vt cōseruet vt ad eum statum ad quem deputatum est per testatorem vt pauperes recipiantur z bene tractentur ibidē.z hoc nō solum quia persone miserabiles sūt sub precōe episcopi.ſ q̄ etiam executio piorum legatorum ad eū spectat.z ipse est iudex. Idem sentit federicus.ō sents. Sed quid si tali domui relicte p̄ manutenenda hospitalitate ibidē reliquerit certas possessiones nūquid ille possessiones tenebuntur ad tallias z onera laicorum.Respondet lapus sic.ex quo locus non est religiosus.tamen illa soluit heres qui est obligatus ad banc domū z possessiones ad hunc vsum seruare. Ille enī possessiones sunt partes hereditatis z ad ipm heredem spectāt z pro ipsis obligāt. Sed nūquid potest erigi hospitale z in sui fūdatione ordinari q̄ omnia bona sibi relicta vel quecunq̄ obuenīētia debeat alienare.cōrū precīū erogare pauperibus. Respondet lapus q̄ nō.quia hospitale est locus ecclesiasticus z religiosus.ergo debet subijci regulis que habent q̄ bona immobilia sine causa z cū solennitate nō alienentur.vt.x.q.ij.§.hocius.immo non videtur valere consuetudo contraria.de rebus ecclē.nō alie. c.si quis pbōrū. Sed contrarium puto verum.Non enim hospitalia hoc casu incedunt paripassu cum ecclesijs propter diuersam rationē.Nam bona ecclesiarum a principio constituuntur pro seruientibꝫ et onerib⁹ episcopalibus z papalibus z legatorum clericorum sine quo ordo ecclesiasticus confunderetur. Sed bona hospitalium deputantur pro pauperibus sustētandis vnde fructus non faciūt suos.vt prelati rectores hospitalium.Preterea videmus hoc in religiosis mēdicantibus.q̄ bona īmobilia capiunt vt vendant z sibi de p̄cio prouideant.cum ista retinere nō possunt.fm ea que notantur de proba.c.in presentia.z de reli.domi.ca.i.li. vi.in glosa.hinc est q̄ potest p̄scribere hospitale q̄ capiat omnia legata relicta pauperibus in vna ciuitate. vt refert iob.andō.z speculator. Et hui⁹ occasione querit ichan.an.an valeat statutum factū in ciuitate.q̄ legata talia ſoluantur alteri hospitali.vel religioso collegio in preiudicium dicti hospitalis.allegat pro z cōtra.solucndo tenet q̄ nō.per plura iura.z ca.vestra.de loc. Jra q̄ per dictum statutum nullum preiudiciū potest generari predicto hospitali. Sed queritur q̄ potest frequenter cōtingere. Testator iussit edificari hospitale vl ecclesiam vel monasterium in certo loco. nunquid potest fieri in alio vel nunquid potent tale legatum conuerti in aliud pium opus. vel ex precio exponendo in ipsa edificatione reparare seu augmentare aliud hospitale. Ad banc questionem que est trimembris .Respondet lapus ad primam partem. q̄ sine causa non licet .quia vltima voluntas testatoris pro lege seruanda ē.xij.q.ij.c.vlt.z glo.i.z ea que ad certum vsum largitione sūt deputata fidelīūad illū debent z nō ad alium salua sedis apostolice auctoritate cōuerti.de reli.do.quia contingit in clemē. Et sicut h̄ nō licet in facto ita nec in modo nec in loco de restitu.spol.c.pisanis. Ex causa vero licet.puta quia non potest in illo loco fieri hoc.extra de testa.c.nos quidem. Et per episcopum vel alium inferi

rem a papa. Ad secundam partem idem dicit. q̄ non potest per alium q̄ per papam sine causa. Et causa tā etiaz per alium inferiorem vt dictum est de primo casu. Et super hoc vide quod scribit lap⁹ abbas in de. quia cōtingit. z bar. de saxo ferrato. in libello munorcarum. Ad partem tertiam dicas idem per omnia. Et facit h̄ ad questionem quam notauit speculator. de instru. edi §. nunc vero. §. quid si testator. Et iohan. an. de illo qui relicto herede z tribus cōmissarijs iussit edificari z dotari ecclesiam. quo mortuo duo commissarij illud legatum conuertere voluerunt in transferendo vnum monasterium male structuratum ad locum alium. tertius cōmissari⁹ z heres dissentiuit. z hoc tenet q̄ nedū duo ex tribus. sed nec omnes tres contra voluntatem heredis quia in ecclesia nouiter cōstructa. ius debet acquiri patronatus. xper id memoria defūcti conseruatur. z remittit iohan. an⁹. ad ea que no. i ca. Mos quidem. de testa. verum in predictis excluditur auctoritas apostolice sedis. quia vt dicat guil. de monte laud. ipse potest in legatis ad pias causas quicquid vult facere. Sed vtrū legati apostolice sedis possūt ista legata sine causa conuertere ad alios vsus. Et tenet glo. ordinaria super de. quia contingit. q̄ nō. Et idem lapus abbas. Sz q̄d si testator legauit vnum hospitale fieri in fundo suo q̄ executores ipm̄q̄ vocari ad vsum pauperū. Executores autem auctoritate prelati volunt facere vnam ecclesiaz religiosorū. numquid possunt hoc facere. Respondet lapus abbas tenet q̄ nō. Refert iob. an. cum quibusdam iuristis consuluisse conterarum assignant pro ratione. quia qui magis z melius facit nō aliud sed idem facit sed plus est ecclesiam religiosorum facere vel edificare q̄z hospitale.

De rectore hospi. §. VIII.

talis. quo ad modum hospitalitatis. Et primo queritꝫ vtrum hospitando vel elemosinas largiendo possit preferre conuictos extraneis. Respōdit lapus. hec questio tangitur de coha. deri. ca. i. Et dicit q̄ vtiq̄z preferēdi sunt propinqui extraneis. q̄d est intelligendum. si egerant nō autem si sunt diuites vel vt diuites faciat. Ad q̄d etiā facit di. lxxxvi. non satis. circa fi. vbi dicitur. q̄ in hospitali non debet esse delectus personarum. i. discretio. q̄d potest taz men intelligi vt. s. non attendatur ad qualitatem persone. puta quia amicus vel consanguineus. sed ad indigentiam magis. Sed nunquid hospitalari⁹ posset eligere ad hospitandum z reficiendum z alios actus ad quos deputat⁹ est exercendū certos pauper perpetuos ita q̄ illis viuentibus alius non admittatur. Respondet lapus si hospitale est deputatum ad hospitandum et pauperes reficiendum vel ad alium actum charitatis exercendum. non puto licite predictam electionez facere. quia non videtur talis fuisse mens constituentis. nec tātū debet dari vni vnde alij scrupuloso corde moueantur. In distributione enim debent plura concurrere et considerari diuersa in indigentibus. vt patet di. lxxxvi. c. non satis. Et de hac materia multa habes in. q̄. p. ti. i. ca. xxiij. de inhumanitate. z in. iij. p. ti. v. c. de misericordia. nō ergo illa que debēt obseruari i huiusmodi quorum hospitalitatis officium ad certas personas cōuerteret certeris exclusis. nā alijs iniuria fieri videret Et posset hoc per episcopum corrigi tāq̄z indiscrete factum. vt quia vsum debite hospitalitatis z mentem disponentis peruertit seu restringit. vt in. c. quia contingit. Non tamen nego. quin possit fundari hospitale a principio cum isto ordine. videlicet q̄ rector teneat eligere decem vel plures certos pauperes perpetuos prosa cultantibus hospitalis. z illos solos reficere vel hospitari z vno eorū deficiente alter substituatur. hoc enim apposito in principio non est licitum. In re sua quilibz ē moderator z arbiter. Et cuilibet ē licitū i re sua ponere conditionem honestam z maxime auctoritate episcopi etiā que alias de iure communi nō procederet. vt de reliquo. constitutus. Unde z patron⁹ in ecclesia p̄ sibi reseruare vocem consentiente episcopo. iuxta ea que no. in ca. nobis de iurepatro. Item sepe fit in domibus deputatis p studentib⁹ put disponit do. car. fabinen. bonoet magnus seniscalcus regni sicilie prope florentiam in monasterio qd̄ fecit carthusiensiū. hoc etiam fieri consueuit in leprosarijs. vt certi leprosi. vsqz ad certum numerum certi eligantur. vt in hospitali sancti eusebij extra florentiam. Quaritur etiam an reseruatio generalis facta de beneficijs. Joh. xxij. comprehendit hospitalia collegiata in quibus sunt conuersi laici eligentes sibi rectorem quandoq̄z clericum. quandoq̄z laicū. Respondet lapus hanc q̄nē mouet federi. de iudi. in ope fuo. z tenet q̄ non. mouet eum. quia nomine ecclesiarum monasteriorum vel prioratuū. non comprehenduntur hospitalia siue i materia fauorabili siue i materia odiosa. Et semper illa tria. videlicet monasteria. ecclesie. pia loca ponūtur vt diuersa. z sub diuersis vocabulis nuncupantur. z sic non sunt idem. quia esti reformatio talium locorum pertineret ad papam propter diuturnam vacationem fraudaretur hospitalitas contra mentem iuris de religio. do. in clemen. q. f. m cum. Sed nūquid possunt rectores hospitalium administrare vel agere. ante prestitum iuramentū. z ante confectum inuentarium. ad quē tenetur in clemen. quia contingit. Respondit lapus. q̄ hanc questionem mouet paulus in dicta clemē. et dicit q̄ non. sicut nec tutor vel curator. Et omnia oppo ni possunt contra istos sicut que contra tutores z curatores opponi possunt respectu iuramenti non prestiti vel inuentary non confecti cum instar coz ad hec duo teneantur. Sed nunquid valet consuetudo que habet q̄ omnia bona hospitali relicta etiam immobilia alienet et in vsum pauperum deputet. Respondz lapus. valet vtiq̄z. Sed nunquid in alienatione talium bonorum immobilium hospitalis. requiritur illa solennitas iuris que requiritur in alienatione rerum eccl̄ie. Respondit lapus. q̄ pe. de bella. put refert pau. in clemen. quia cōtingit. tenet q̄ decretū ē necessariū in immobilibus. In his aūt qui seruando seruari non possunt. non requiritur allegat. C. de admitu. le. q̄ tutores. Et ista facunt ad id qd̄ obseruat hospitale sancte marie noue de florentia. cuius rector consuleuit de triennio in triennio impetrare licentiā a domino archiepiscopo florentino vēdi z alienandi que obuenire contingit vel contingerent ipsi hospitali. z vigore dicte licentie pria vendit. Quaritur nunquid istud de iure fieri possit. Respondet lapus. non est dubium q̄ in bonis ecclesiarum non fuisset dicta licentia vbi requiritur materia. s. iusta causa et forma scilicet tractatus inferioris. z auctoritas superioris. sed talis licentia diffusa. vaga z incerta. non potest predicta includere. Sed in hospitalibus puto idem si loquerimur de dote primaria que constituta fuit z sine qua episcopus non debet pati hospitale de nouo erigi. vt. s. dictum est. Sed de bonis obuenientibus ex relictis vel ex elemosinis fidelium. ita facilius possunt vēdi. quia causa semper est vniuersalis perpetua z iusta. s. vt distribuantur in vsus pauperum. z ideo dicatur licentia generalis potest se legitime ad dictam perpetuam formam referre. Et si valet hec consuetudo q̄ se. multo fortius

cum licentia episcopi.z sic dicta obseruantia dicti hospitalis videtur posse sustineri. Sed nūquid hospitale possit prescribere decimas. Respondet Iapus. q̄ sic exquo est locus religiosus. vrputa quia erectus auctoritate epi. vnde talia iura possunt sibi accidere. vt de p̄scriptis. c. q̄ litteras. li. vi. Et probatur per de. quia contingit. vbi possit prescribere sepulturam pauperum et habere ibi presbiterum celebrantem diuina z administrantem ecclesiastica sacramenta. Sed nunquid recipiendos hospitalium faciunt fructus suos. Respōdet Iapus. q̄ glo. sup de. q̄ contingit. tenet q̄ non. etiam si sepa/ratos a solo. idem Jen. ibidem. Sed queritur quot pauperes z infirmos teneatur hospitale recipere. Respondet Iapus. quot potest ex fructibus z facultatibus commode sustentare ita dicamus demonialibus recipiēdis instī. c. Jta z in procuratione habenda ē ratio facultatis. de censi. c. sopite. Jta etiā no. Jen. Et per hoc patet q̄ vt de testa. re. c. i. li. vi. ita z in clericis instituēdis extra ō plus abundans ad plures recipiendos tenetur hoc ratione fm paulum nō habet locum in leprosarijs quia ibi sunt continui z anno sterili non possunt nutriri. ab initio vero debuerunt tot recipi q̄ potuerunt cōmode sustentari. sicut in alijs ecclesijs. vt de vi. z bone. cle. ca. quoniam. Sed nunquid poterit psonam aliam habilem vel haberi vel prescribi hospitale in proprietatem. Respodet Iapus q̄ sic. quia etiam ecclesia sic potest prescribi. extra vt lite non contesta. c. ij. z co. ti. ca. cum qui. li. vi. Unde fortius hoc in hospitali. z tunc regitur per custodem vel famulos ecclesie vel loci qui tale hospitale p̄scripserit. Idem puto de mensa. et ea ratione quia si ecclesia potest esse de mensa alterius. z per illum regi sine proprio rectore. vt de excess. pla. ca. frequens. in de. Et idem puto q̄ posset cōpetere ponere hospitalarium z remouere ad nutum alicuius prelati eadē rōne.

De hospitalibus .§.IX.

quo ad sepulturas. Quid si aliquis elegit sepulturam apud ecclesiam hospitalis. nunquid ecclesia parrochialis debet habere canonicā de relictis eis. Respondet Iapus fm hostien. z iob. an. ecclesia parrochialis de omnibus relictis pro anima debet habere canonicā. de sepul. c. in nostra. Et hoc siue relinquatur ecclesie. vl̄ ecclesie siue dicatur. relinquo hoc hospitali. immo fm quosdam exquo elegit apud hospitalarios sepeliri etiam de relicto hospitali etiam si expresse dicat non pro anima et sepultura. vt de sepul. c. de his. Sed quid si ibi nō elegit sepulturam. sed tantum de iure ibi sepeliendus est. vel quia ei dederit se z sua. vel quia factus est frater vt extra de priui. ca. vt priuilegia. vel quia ibi erant sepulcra parentum. co. ti. c. i. Respondet Iapus fm hostien. et iohan. an in. c. in nostra. debet parrochialis in omnibus habere canonicam exquo in eorum ecclesia sepelit de iure sine electione. Quid si ibi sepeliri non potuit per casū fortuitū. puta quia repentis mortis testatoris locus ille erat occupatus ab hostibus. vel alia iusta causa. vt quia in bello mortuus. nec potuit discerni corpus Respondet Iapus. q̄ hostien. z iohan. an. in dicto. c. i nostra. habebit ecclesia parrochialis de omnibus canonicam. secus si dixisset. relinquo hoc ecclesie in qua sepelir. z illud hospitali. tunc enim de relicto ecclesie vbi eligit sepulturam deducetur canonica portio z non debet licto hospitali. quia hospitalarij sunt exempti z de his que legantur locis exemptis nisi ibi eligatur sepultura ecclesia parrochialis nil habebit. allegat de testa. officij. z de sepul. Ea enim que sic diuisa sūt hospitali relicta. non videtur relicta pro hospitali sepultura. sed alias pro anima. Sed quid si nec de iure debuit sepeliri apud hospitalarios nec ibi eligit sepeliri iz de facto ibi alias sepultus est. Respondet Iapus. q̄ fm innocen. iohan. andre. in dicto. c. in nostra. q̄ de relictis nec in totum nec in partem redder parrochiali ecclesie sed corpus tantū et oblationes z alia que ad ipsos ratione sepulture deuenerunt. vt de sepul. ca. ex pte. Quid si hospitale habet parrochiam. i. habet ecclesiam que est hospitale. Respondeo fm inno. q̄ in isto casu nisi ecclesia sit exempta. diuidetur legatum factum ecclesie de quo percipietur canōica a legato facto hospitali ō quo nil percipiet cum sit exemptum. vt de testa. c. officij. sed illa capitula fm aliquos probant contrariū. Quid si testator dicat relinquo hoc vel illud hospitali. non pro sepultura sed alia iusta causa. Respondit Iapus. de tali casu nil percipiet ecclesia parrochialis. nisi relinquēs se transtulisset ad hospitalarios. de sepul. de his. vl̄ nisi ecclesia hospitali sit vntra. ita q̄ quicquid dicitur de vno necesse sit vt intelligatur de alio. puta quia hospitale cum ecclesia sua exemptum est nec in spiritualibus nec in temporalibus est aliquod in eis diuisum specialiter z sorsum. Item cum huiusmodi loca ad pios vsus deputata diuersis nominibus nuncupētur z alia qua habeant altaria in quibus diuina celebrantur. alia qua habent simpliciter domos in quibus obseruatur hospitalitas. Item eorum sunt aliqua deputata ad pios vsus per laicos sine auctoritate episcopi. z multa talibus locis relinquunt in vltimis voluntatib⁹ pro remedio animarū sub diuersis modis z verbis Queritur an episcopus de his possit petere quartam. Respō det Iapus fm dominum franciscum clusinum in quodam suo opusculo. q̄ cum omnia predicta loca sint pia et omnia pia loca ad quartam teneantur. vt de testa. c officij. Concludit omia predicta loca ad quartam tenen. z dicit hostien. hanc opinionem probare in summa de sepul. Et concludit. q̄ de omnibus relictis pro anima debetur quarta. Et declarat quedicātur pro anima relicta illa videlicet que reliquuntur ecclesie vl̄ pio loco et si de anima nulla fit mentio i legato. Item quicquid ab extraneo relinquitur prelato. etiam si nomen prelatī sit expressum in legato. Item dicit deberi quarta de relicto hospitali iure institutionis. Item de relictis pauperibus alicuius hospitalis. quia legare pauperibus alicuius hospitali vel loci est legare hospitali vel loco. q̄ō expresse notat iohan. an. de conuer. coniu. c. dudum quantumcūq̄ de relicto simpliciter pauperibus gabella nulla solui debeat. Item non solum de mobilibus. sed etiam de immobilibus que relinquit in vltima voluntate testator vt molēdinis z huiusmodi alijs Queritur si detur pecunia pro hospitali habendo. vtrū cō mittatur simonia. Respōdit Iapus glo. i. q. vij. videtur sentire q̄ sic. imo etiam si detur pro administratōe pauperum. z videtur probari hoc. i. q. ij. saluator. vbi dare pecuniam pro officio castaldi. aduocati vel iudicis ecclesie cōmittitur simonia. Et. glo. ibi tangit istam questionem. z ponit opiniones contrarias. Hugo dixit. q̄ in oī administratione ecclesiastice rei cōmittit simonia. si detur pro hmōi pecunia. z est simonia fm eū. quia prohibita. Alij dicunt q̄ simonia est si est administratio tal̄ que habeat aliquid spiritualitatis annexum. facit qō notatur extra de simo. c. consulere. z hoc videtur verum. Sed nunquid beneficium potest permutari cum hospitali. Respondeo fm fede. de senis q̄ sic. si hospitale conferatur in beneficium clericis. Secus si hospitale sit concessum laicis. Sed si clerico sit cōmissum vt bono

Utrū epūs possit acipe qrtā

iure non in beneficium putat q̄ possit fieri permutatio quia non est titulus coraliter prophanus sed ecclesiasticus. nec potest vendi sine vitio simonie. Si queritur quid posset opponi contra rectores bonorum hospitalium. Respondit lapus q̄ potest opponi q̄ non fecit inuentarium solenniter ꝛ q̄ fit minor. xxv. annis. L. de epi. ꝛ cleri. Orphanotrophos. Item q̄ turpis persona et suspecte vite. vel q̄ est ei interdicta administratio. iij q. ij. ca. Quia. Sed infra quantum tempus debet compleri hospitale. Respondet lapus. Hostien. dicit in sū. q̄ infra annum si fiat oratorium infra quinquennium in auten. de ecclesiast. titu. §. Si quis autem. Item queritur vltimo. vtrum dyocesanus posset visitare hospitalia infectorum sue dyocesis habentia altaria oratoria et campanilia. Respondit lapus. q̄ fede. de senis i opere suo tenet. q̄ siue ex testamento siue a principio inter viuos ordinatum fuit q̄ locus talis esset deputat⁹ ad vsum hospitalitatis. siue interuenerit auctoritas episcopi siue non. potest per episcopum visitari. vt visitando inquirat. an ibi illud fiat propter q̄ constitutum ē et propter q̄ ibi fiunt elemosine a fidelibus. et maxime cum habeat signa. formam ꝛ statum loci pij ꝛ ecclesiastici. vel etiam sic denominetur. ad hoc de sen. excō. c. si iudex. li. vi. ꝛ quod no. arti. de preben. cum de beneficio. li. vi.

Titulus. xij. de ecclesijs ꝛ patronis earum. Ecclesia tribus modis sumitur. Capitulum primum.

In ecclesijs benedicite deo dño de fontibus israel. ps. lxvij. Vos qui fideles qui estis de fontibus baptismalibus israel. i. christianitatis. que deum videt per fidem. Sic enim interpꝛat isral. s. vides deū ō fontibus isral. s. vides deū de fontibus dico leuati siue renati bñdicite deo. Bñdicit at quis deum corde colendo et recte de eo sentiendo. ps. Psalmo. ciij. ꝛ ciij. Benedic anima mea domino Et iob. Benedicant deo in cordibus suis ore ipsum laudando et predicando. Jaco. iij. Ex ipso ore benedicimus deum et patrem opera virtuosa propter deum operādo. Thob iij. omni tempore benedic deum. s. bene operādo. Benedicite inquit deo in ecclesijs.

Ubi nota q̄ ecclesia tripliciter accipitur.
Pro collectione fidelium generali.
Pro congregatione iustorum speciali. alias spirituali.
Pro edificatione lapidum materiali.

De prima dicitur. §. I.

i. tbi mor bei. iij. Scias q̄modo in domo dei oporteat te conuersari. que est ecclesia dei viui. i. congregatio fidelium. Dec designātur parabolice. Mat. xiij. cū dicitur Simile ē regnum celorum. i. presens ecclesia sagene misse in mari ꝛ ex omni genere piscium congreganti. Mare presens seculum. pisces homines. sagena imissa doctrina euangelica. que ex auctoritatib⁹ connexis cōstat. hec capit pisces bonos ꝛ malos. qa sub hac doctrina fidei ꝛcludunt mīti boni ꝛ mali. sed in fine discernuntur. Unde greg. xxiij. q. iij. ait. hec vita que inter celum ꝛ infernum sita est sicut in medio subsistit. ita vtrarumq̄ partium ciues cōmuniter recipit. Quos tamen sancta ecclesia indiscrete id est indistincte suscipiet postea i egressione discernet. Si ergo boni estis q̄diu in hac vita sustinetis equanimiter tolerate malos. Naz quisquis malos non tollerat ipse per impatientiam sibi testis est. q̄ bonus non est. bec ille. Ista mixtura multipliciter figurata est ꝛ oppressio ꝛ persecutio bonorum a malis p opera ꝛ mala exempla vt per cayn et abel. quorum ex vno patre ꝛ matre ꝛ vna domo. Cayn interfecit abel. in archa noe ex filijs vnus reprobus inuentus est. in domo vna abrahe ismahel qui psecbat ysaac fratrē. eius. In domo ysaac verum iacob dilectus ꝛ esau odio habitus persequens fratrem suum iacob. in domo iacob filij persequentes ꝛ vendentes fratrem suum ioseph. Hinc et hieronim⁹ qui sm carnem natus est persequebatur spiritualem. nunq̄z autem spiritualis carnalem persequitur. sed ignoscit ei quasi rusticano⁹ fratri. Scit enim posse proficere per tempus. xxiij. q. iij. Quis sm. Ista autem tolerantia malorum referenda est vel quo ad socios in quibus quis non habet auctoritatem coercendi. vel quo ad ea que iudicialiter puniri nō possunt quia nec pbari si ad prelatos exprendat. Nā mali cristiani qui alios nocēt. diuersis modis coerceri a suis i solē tijs debent cum possunt per rectores. q̄ docet augustinus. dicens. xxiij. q. iij. Quid facit ecclesie medicina. lutem omnium materna charitate conquirens tam ꝛ ter freneticos ꝛ litargicos estuans. nunquid contemnere nunquid desistere. vel debet vel potest. s. correctōre virisq̄z si necesse est sit molesta. que neutris est. inimica. Nam ꝛ frenetici nolunt ligari ꝛ litargici nolunt excitari. Sed perseuerat diligentia charitatis. frenetico ambo re litargi cum excitare. ambo offenduntur ꝛ ambo culpantur. ambo molestati q̄diu egri sunt indignātur. sed ambo sanati gratulantur. hec ille. Et potest frenetic⁹ dici qui alios nocet. litargicus qui cessat a bono ad q̄ tenetur. ille debet refrenari ꝛ iste ad bonum debitū stimulari. Et dicitur ō ecclia prelatus ecclesie. Nam vltratum est vt a toto denominetur pars principalior.

Secūdo modo sum. §. II.

tur ecclesia pro congregatione bonorum fidelium qui sunt per charitatem christo incorporati. de quo potest intelligi illō ps. Psa. xxxiij. Cōfitebor tibi i ecclia magna. scilicet virtute. ꝛ pro id est in populo graui. i. moribus virtuosis laudabo te. De hac hiero. de pen. dist. i. ecclesia cristi est non habens maculam mortalis culpe. nec rugam. s. erroris. Unde qui est aliqua se de peccato pollutus. de ecclesia dici non potest. nec cristo subiectus. bec ille. Ad idem facit q̄ ait ambro. di. xxiij. q. i. Quia dignior domus apostolice predicationis ingressu q̄ sancta ecclesia aut quis preferendus magis omnibus videretur q̄z cristus. qui pedes suis consueuit lauare hospitibus. ꝛ quoscunq̄z sua suscepit domo. s. ecclesie pollutis non patiatur habitare vestigijs. sed maculosos illos ea receperit. (licet vite prioris) in reliquum tamen diligentur reformare processus. hic est solus quem nemo debet deserere nemo mutare ad quem dicitur. domine ad quem ibimus. verba vite eterne habes. Dec ille. hec est ecclesia que regitur a spiritusancto. corpus cristi mistici. cum q̄ vegetatur spiritu eius. pro qua christus orauit ne fides deficeret. vnde semper firma manebit quoniam transferatur rota in triumphantem. de qua thieronim⁹ ait. xxiij. quest. i. Omnibus consideratis puto me non temere dicere alios ita esse in domo dei. vt ꝛ tpi sint. ꝛ edificari supra firmam petram. s. cristum. que vnica est columba appellatur. que sponsa pulcra sine macula ꝛ ruga. Et ortus conclusus. fons signatus. pureus aqueus. ue. paradisus cum pomorum fructu. De hac domo dicitur qui habitare facit vnanimes in domo sc̄i ecclesie. bec ille. Et deceat ministros ecclesie. s. clericos i virtute laicos excedere. quia vt dicit hieronimus. Valde ecclesiam dei destruit laicos meliores esse q̄ clericos. viij. q.

t.qualis tamen si sint mali ꝛ quantumcunq; mali dum modo tolerati conferunt veritatem ꝛ virtutem sacramē corum.ꝛ acceptantur a deo orationes ꝛ officia publice eorum.quia respicit deus ad ecclesiam cuius illi sūt ministri.non ad eos qui sunt in hoc vt instrumenta mota a deo ad iustificādum creaturam.Unde augustin⁹. Spiritussanctus in sancta ecclesia ita operatur vt reprobos fugiat.et tamen per eorum ministerium reprobes colligat.i.q.1.ita fit.Sed nec per iniustam exclusionem ab ecclesia que fit a prelatis efficitur quis extra hanc cōmunionem nec per indebitam admissionem seu collationem sacramentorum efficitur quis intra eam. Unde augustinus. Sicut is quem sacerdos in ecclesia tollerat.est tamen extra ecclesiam et extra corpus cuius caput est cristus.si et ostiarius.s.cristus non aperit.ita ñ extra ecclesiam est ideo.ꝛ non est de corpore si quis pastoris preiudicio cōpellit foris esse.i.q.1. Ut euidenter ostenderet dominus a spiritusancto quem donaut suis fidelibus dimitti peccata non meritis hominum q̄dam loco sic ait. Accipite spiritumsanctum.ꝛ continuo subiecit.Si cui dimiseritis peccata remittuntur ei.hoc est spiritussanctus dimittit non vos. Proinde sicut is quem sacerdos in ecclesia tollerat est tamē extra ecclesiā et extra corpus cuius caput est cristus.si ei ostiarius non aperit ita non extra ecclesiam est.ꝛ non est de corpore se quis pastoris preiudicio compellitur foris esse.

Tertio modo sumi .§.III.

tur ecclesia pro edificio materiali.de qua.i.Thi.iij.Ioh.ij. In ecclesia orationes fieri. De hac dicitur de cōse.di.i. Nemo ecclesiā edificet antecq̄ ciuitatis episcop⁹ veniat et ibidem crucē figat publice atrium designet. Et.i.q.i. Placuit vt ō ordinatiōe clericorum nulla episcopi munera suscipiant.Sed sicut scriptuz est quod gratis donante deo accipiunt gratis dent.non aliquo precio dei gratia ꝛ impositio manuum venūdetur quia antiqua diffinitio patrū ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens anathema sit dantꝫ accipienti.Propterea quia aliquanti multis scelcribus obruti sancto altario indigne ministrantes.non hoc testimonio bonorū operum.sed pro effusione munerum obtinet.oportet non per gratiam munerum sed per diligentem prius discussionem deinde per multorum testimonium clericos ordinare. Ex hac auctoritate beati ambrosij ꝛ gregorij patz q̄ simoniaci siēt alij heretici a fide exorbitāt.ꝛ ideo communiter de illis intelligitur.quod etiam de alijs ō cernitur. Item,ponitur q̄ prophetia domum spiritussancti est.hoc autem in veteri testamento a sanctis prophetis vendi consueuerat. vnde saul ad samuelem pro vaticinio experiendo non nisi cū munere ire presumpsit vxor etiam ieroboam ad hominem dei non nisi cuz munere accessit. Item cristus a iuda venditus auriculam ferui sanauit. Exemplo itaq̄ saulis ꝛ vxoris ieroboam patet q̄ donum spiritussancti emere vel vendere non ē peccatum. Exemplo cristi liquet q̄ spiritussanct⁹ ꝛ si iuste a simoniacis venalis putetur. virtutis tamen sue non obliuiscitur,nec desinit effectum sue gratie etiam vē ditus prestare.sed de prophetia beatus ieronimus in mi.hec competenter soluit malos tantum accepisse et non bonos denuncians. Et in eadem.qō.dicit. Unusquisq̄ episcoporum meminerit.vt nō prius dedicet ecclesiam nisi ante dotem basilice ꝛ obsequium ipsius p̄ donationem confirmatum accipiat. Iam non leuius est ista temeritas vt sine luminaribus.vel sine substantiali sustentatione eorum qui ibi seruituri, sunt tanq̄ domus priuata consecretur ecclesia. Et hic de partib⁹ edificationis quid significent scilicet status ecclesie militantis que ponit richar.vt habes in li.2c. In istis ergo ecclesijs omnibus benedicitur deus.Sed pronunc de materialibus loquendo a pluribus benedicitur

Benedicite ergo vos patroni deo in ecclesijs edificādis dotandis ꝛ defensandis.

Benedicite ꝛ vos omnes christiani deo in ecclesijs venerandis ꝛ mentibus ad deum applicandis.

Benedicite ꝛ vos episcopi ꝛ clerici deo in ecclesijs cōsecrandis.officiandis ꝛ ordinandis.

Primo ergo benedi.§.IIII

cunt deum patroni in ecclesijs dum eas construunt et dotant.ꝛ iura et bona conseruant vt in eis benedicatur deus.Sed hodie videtur de facto mutatum in lege vt verius possint dici latrōes q̄s patroni, vt merito eis conueniat illud Esa.i.Principes tui qui fuerunt primi ad edificandum socij furum diripientes bona ecclesiarum omnes diligunt munera que dantur eis a rectoribus ecclesiarum.vt defendant eos in malis.sequūtur retributiones.cum scilicet presentant non tamen attendūt ad merita personarum sed vnde plus valeant habere emolumentum,temporale. Sed sacrilegium magnuz est.vnde dicitur.xvi.q.vij. Si quis principū vel aliorum laicorum dispositionem vel donatiōem rerum vel possessionem ecclesiarum sibi vendicauerit.vt sacrileg⁹ iudicetur. Item gregorius.vij.dicit in concilio generali si dominus. Si quis imperatorum.regum. ducū. vel quilibet secularium potestatum vel personarum investituram episcopatus vel ecclesiastice dignitatis alicuius dare presumpserit.sciat sibi introitum ecclesie interdictuz.xvi.q.vij. Si quis deinceps .ꝛ in.c.se dicitur decernimus vt nullus clericorum inuestituras episcopatus vel abbatie vel ecclesie de manu imperatoris vel regis vel alicuius laice persone viri vl femine suscipiat q̄ō si presumpserit.recognoscat inuestituram illam apostolica auctoritate irritam esse ꝛ excommunicatiōi subiacere.Item.ea.que.dicitur.Nullus laicorum ecclesias vel ecclesiarum bona occuper vel disponat.qui secus egerit ab ecclesie limitibus arceatur.Item.q.ea.dicitur Omnes basilice id est ecclesie que per diuersa loca constructe sunt.vel quotidie construuntur in episcopi potestate consistant.in cuius territorio posite sunt.Et dicit ibi glo.nisi aliquo priuilegio a iurisdictione eius exē pte sint.Ad episcopum ergo spectat ordinarie instituere rectorem in ecclesia curata. vel simplici,si non habet patronos.Sed ꝛ habet confirmare presentatum a patronis infra tempus eis datum vel ad capitulum vacant de sede. vel ad plebanos q̄ ad ecclesias subditas sue plebi.vbi sit cōsuetudo prescripta.vt seruatur florē ti.licet indecens videatur.

Varietas autem eoz .§.V

qui sunt in ecclesia designatur per ea ex quibus constituitur ecclesia materialis ꝛ ex eius consignatione. Unde Richar.de sancto victore.Singuli lapides scilicet ecclesie materiali sūt significatiui singulos fideles q̄ sūt q̄dri stabilitate fidei ꝛ firmi virtute patiendi.Cementuz est charitas que singlos coaptat atq̄ viuificat atq̄ neper aliquam discordiam inuicem discrepent vniformiter equat. Fundamentum sunt apostoli et prophete parietes sunt contemplatiui fundamento vicini terrena diserentes.ꝛ celestibus adherentes.Tectum hoc re-

spectu quia deorsum pendet sunt actiui terrenis actib proximi propter imperfectionē suā minus celestibus intendentes. ac necessarii proximorum terrena administrātes in alto sunt quia in officijs supra alios. Longitudo ecclesie considerat fm diuturnitatem temporuz. scilicet tempore legis naturalis. mosaice z gratie. Latitudo dilatat fm multorum populorum numerositas per diuersas mūdi partes dilatat. Altitudo fm differentiā meritoz et officiorum. In altitudine enim erigitur dum superlaicos est ordo sacerdotalis. super sacerdotalem episcopalis. z super omnes tandem papa collocatur. Sacrarium ecclesie significat virginum ordinem. Chorus ordinem continentium. Nauis ordinem coniugatorum. strictꝰ z sacratꝰ ē sacrariū q̄ chorꝰ z chorꝰ q̄ nauis. sic pautōres sūt digniores ꝑgines q̄ ꝓdicatores. z ꝓdicatores q̄ ꝓiugati. Atrium ecclesie sunt falsi christiani. qui z si sanctificari sunt baptismo. vt cimiterium benedictōne. tamen plerūq cadaueribus. i. coruptione vitiorum. Turris. i. campanile est nomen domini iuxta salomonez. Campane sunt ꝓdicatores verbi ōi. Fenestre vitree sūt viri spirituales per quos cognitio dei nobis lucescit. Interior tegulatura significat mundiciam cordium. Exterior mundiciam corporum. Altare christus. De ecclesia igitur materiali pro nunc tractando.

Primo videndum est de eius edificicatione.
Scdo de eius immunitate.
Tertio de eius consecratione. violatiōe z reconciliatiōe
Quarto de eius ornatu.
Quinto de officiatione
De pertinentibus ad edificiū materiale ecclesiarum.

Capitulum secundum.

Sciendum igitur primo. fm tho. ij. ij. q. lxxxv. ar. iij. q̄ determinatus locus exigitur adorandum. s. ecclesia nō propter deum qui adoratur quasi loco cōcludat. sed propter ipsos adorantes. z hoc triplici ratōne. Primo propter loci consecrationem qua spiritualem deuotionem concipiunt orantes vt magis exaudiantur Scdo ꝓpter sacra misteria z alia signa sanctitatis ibi contenta. Tertio propter concursum multorum adorantium ex quo oratio fit magis exaudibilis. z fm quandā decentiam q̄ uis non sit necessarium. sic disponūtur. vt ad oratio fiat versus orientem. Primo propter diuine maiestatis indicium qō nobis manifestatur in motu celi qui est ab oriente. Secundo propter paradisum ad orientem constitutum quasi quera mus ad paradisum redire. Tertio propter cristum qui est lux z oriens nemi natur z ab oriente ascendit z ab oriente expectatur ad iudicium venturus.

Si ecclesia fundata est. §. I

in alieno solo fm ray. z host. si dominus soli laicꝰ erat et sciuit z nō ꝓtradixit. sibi imputabitur. z ecclesia libera manebit. ar. di. lxij. si seruus. si vero ignorauerit ecclesia quidem remanebit cōsecrata z libera. Nec efficietur laico censualis. sed tamen ille qui construxit tenetur dominum seruare indemnem. Vel etiam episcopus si imponendo lapidem primarium. z postea in consecratōe ecclesie fuit negligens. de consc. di. i. nemo. z xxij. q. ij. comperimus. Si vero solum erat alterius ecclesie vel collegij ecclesia debet ei restitui hoc modo. q̄ ecclesia cōsecrata sit eis subdita quo ad iuspa. xvij. q. iij. questi.

Edificare ecclesiam §. II

nemo potest nisi auctoritate dyocesani qui debet ponere primarium lapidem. crucem figere. z cimiterium designare. z etiam petere dotem sufficientem. sine qua cōsecrari non debet. de consc. di. i. nemo. z. c. placuit. z hodie quidem sufficit q̄ assignetur pro dote vnus mansus. i. vnum predium sufficiens pro vno pari bouz taliter liberū. extra de eccle. edi. c. i. Talis ei donec i hac paupertate fuerit non tenebitur ad hospitalitatem seruandam nec episcopo aliquid persoluendum nisi quātum potest donec perueniat ad pinguiorem fortunam. ar de consue. c. cum dilectus.

Exempti non pos §. III.

sunt construere oratoria vel capellas in locis nō ꝓpriis sine dyocesanorum licentia. nec in sic constructis facere celebrari vel celebrare tempore interdicti i talib nō ꝓpriis. alias per ordinarios compesci debent Et si propter hoc conseruatores eorum ferrent sententias contra ordinarios non valent. extra de priu ille. c. auctoritate. li. vi. Item nota fm ray. q̄ non licet habere oratorium in forma ecclesie in domo propria absq auctoritate episcopi. nec debet ibi missa celebrari. nisi de consensu eius propter necessitatem z non fiat preiudicium euidens parochiali ecclesie. Clericus ār q̄ sine episcopi auctoritate in tali oratorio celebrauerit. debet deponi. de consecra. di. i. vniuersi. z. c. clericos.

Quis autem tenea §. IIII.

tur ecclesiam cū indiget reparare. Respondet hostiē. q̄ si fabrica habeat super hoc portiones deputatam. debet reparari debet z. q. iij. vnio. Et si non tunc rectoz z alij in ea beneficiati conferre debent beneficia. extra. co. ca. i. z vi. q. i. si monachus. In q̄ casu standū est dispositioni episcopi vel maioris partis capituli. extra de his que fiant a ma. par. capi. si. In quibusdā etiā religiosis laici hoc faciunt expensis suis. Et vbi consuetudo est tenentur. cū in ea participāt sacra ecclesiastica z audiūt diuina. xvi q. vij. quicunq. z. c filijs. z compellendi sunt talem cōsuetudinem seruare. extra de simo. c. ad apostolicaz. Si talis consuetudo non reperitur tunc quarta prouentuum que quondam a sanctis patribus fabrice deputata est tenetur ita q̄ qui eam percipiunt. soluant non obstante vlla prescriptione vel cōsuetudine. Sed post reparationem redit quarta ad illos qui percipere consueuerunt. z sic intelligitur illud. xvj. q. ij. de redditibus. in c. tribus sequentibus.

Ecclesia precipue cō §. V.

secrata vel oratoria. monasteria z huiusmodi. nō debēt reuerti ad secularem habitationem z prophanos vsus xix. q. iij. que semel. z. c. qm. neq enī hospitale pōt cōuerti ad alium vsum. extra de reli. do. ca. ad hec. z dicit ibi glo. super dicto. c. que semel. q̄ si monasterium destrui potest bene de lignis z lapidibus construi dormitorium vel alius honestus locus vel etiam in coquina sua lignis comburere possunt monachi. de consc. di. i. ligna. Sed ad priuatos vsus nō ōbent querci. Locꝰ aūt remanet sacer. licet diruptū sit edificiū. Item dicit tho. i glo. super. §. quaritur si monasterium. xvij. q. iij. de monasterio non potest fieri secularis ecclesia. vt in dicto. ca. que semel nisi enormiter viuant. tunc monachi possunt removeri et institui seculares canonici. cum auctoritate ramen pape vel nisi ita sit q̄ inueniātur alique de ordine illo per quos possit locus ordinari. vel nisi ita sit q̄ non possit aliter locus ille reformari q̄ per canonicos. econtra videtur q̄ episcopus de secularī ecclesia potest face

re regularem. Altaria in ecclesia consecrata non licet pbris in ecclesia instituere seu erigere noua sine episcopi consensu. ar. di. lxvij. q̃uis. 7 de conse. di. 1. nullꝰ pbr. Sed in ecclesia non consecrata possunt altaria institui ere propria auctoritate. Altaria vero consecrata sine cõsensu episcopi non sunt destruenda de conse. di. 1. eccle sia. altare ãt non debet esse lignem vel terreum. sed lapideum. de consecratio. 7 ffin. 1. altaria. saltẽ oportet ha bere tabulam lapideam 7 consecratam super qua sit cuen tur hostia 7 calix qõ dicatur altare viaticum 7 residuus altare sit lignem.

De immunitate ecclesiarum 7 psonarũ ecclĩasticarũ et de liberate eccl'ie. Capitulum. iij.

IMmunitas ecclesie est priuilegium ecclesiastice libertatis vel rei cum vel personarũ ad eã pertinentiũ 7 dicit immunita quasi extra munia. i. officia a quibus sũt immunes. i. liberi. Eccl'ie non solũ consecrate sed non con secrate si tamen suorum episcoporum auctoritate edifi cate sunt. 7 vbi episcopus posuit primarium lapidem et ad hoc sunt edificate vt cõsecrarentur. 7 cy materia ca rum fm ray. innocen. 7 hostien. habent immunitatem. Primo vt nullus inde extrabatur. nisi in tribus ca sib⁹ vt. j. dicet Itẽ ea que in ecclesia posita sunt. nec p vim nec p furtũ sũt auferenda alias committit sacrilegiũ xvij. q. iij. quisquis. Item q̃ nullus mortuus in eccle sia sepeliatur nisi episcopi abbates aut digni pbri aut etiam fideles laici. iij. q. ij. nullus. Et intelligunt quidã de illis laicis qui faciunt miracula. alij de fideli idigni tate 7 fictitio. vt rege comite 7 huiusmodi. alij de quoli ber fideli cristiano. 7 sic excluduntur per illud. ca. infide les notorij peccatores in notorio morientes. vt glo. ibi. Item habet immunitatem q̃ in choro nõ debẽt mo rari laici cum clericis. de conse. dist. ij. sacerdotum. extra de vi. 7 ho. de. c. i. qõ intelligitur dum ibi dicitur offici um. Nam alio tempore etiam in sacrarium. i. capellam maiorem ad orandum 7 cõmunicandum possunt ire re. vt dicitur in dicto. ca. i. Jta q̃ non possunt veni di propter aliquam necessitatem. in aut. de aliena. §. 7 quando. Item q̃ in ea placita secularia non sunt faci enda. 7 maxime de causa sanguinis. extra eo. c. i. 7 ca. ec clesia. Item q̃ non fiãt ibi parlamenta. nec negociatõ nes. 7 precipue nundinarum. nec scriptus iudiciorum secularium. Nam processus iudiciorum secularũ 7 sen tentie in dictis locis non valent ex eo. c. decet. li. vi. Itẽ q̃ non fiant ibi ludi theatrales cum laruis 7 alijs ibo nestis. extra de vi. 7 ho. cle. cum decorem. Secus de ho nestate in representationib⁹. vt presepe domini herodẽ et magos 7 huiusmodi. que potius inducũt ad deuo tionem q̃ ad vanitatem. 7 q̃ talia possint fieri. ar. de cõ se. di. j. semel. Nam q̃libet festum est signum pterita rum rerum. lxxv. di. q̃ die. Et nota q̃ si ecclesia interdicatur non propterea amittit priuilegium immunitatis huiusmodi fm hostien. quia ista non delinquit sed prima oratoria domorũ no habent immunitatẽ fm hostien.

Immunitas autem §. I.

confugientium ad ecclesiam est ista. q̃ nullus q̃ in mediũ malefactor confugiens ad ecclesiam vel spacium pri uilegiorum circa ipsam. de quo spacio dicetur in fine huius §. dz̃ p vim extrahi. sed ab ecclesia defendi. misi i bis casibus. videlicet si confugiens sit publicus latro. s. qui stratas publicas insidijs 7 aggressuris obsidet. Itez si sit nocturnus depopulator agrorum. videlicet qui de nocte agros devastat vel cõburit. tales enim impune pos sunt extrahi. xvij. q. iij. sicut Item si qs in ecclesia cõ misit maleficium sperans se ab ea defendi. qõ semper presumitur nisi contrarium probetur. talis no debet ab ecclesia defendi extra eo. c. immunitatẽ. Et si in vna ecclesia offendat committens ibi maleficium. 7 confugiat ad aliam. non debet ab illa defendi fm guil. quia qui facit iniuriam vni ecclesie omnibus facit. cum vna sit per orbem ecclesia. Item si confugiens sit seruus qui sub pre stita sibi a domino cautione de impunitate non velit ẽ ecclesia exire. inuitus compellitur 7 domino redditur. c xvij. q. iij. c. id constituimus. Dis ergo exceptis omnes alij ibi debent esse tuti nec per vim extrahi etiam si iu deus vel paganus esset qui ad ecclesiam cõfugeret fm hostien. 7 ino. De excõmunicato q̃ dubitek guil. idem credit sicut de alijs. putat tamen in hoc consuetu dinem probatam esse tenendam. Item confugiens ad palatium episcopi eodem modo debet esse tutus. etiã si palatium nõ sit contiguum ecclesie. xvij. q. iij. id con stituimus. qõ. c. absolute loquitur de domo episcopi. Item si quis malefactor vel alius reus obtauerit tac doti portanti corpus christi 7 ei adhereat fm hostien. q̃ nis in ure hoc non sit cautum. quilibet catholicꝰ debet hoc fauere vt talis sit tutus. Item nota q̃ eandem i munitatem securitatis habet spacium in circũitu ecclesie. xl. passuum quo ad maiorem ecclesiam. 7 xx. passꝰ quo ad minores ecclesias. vt dicit. xvj. q. iij. sicut vbi dicit glo. q̃ passus fm ysido. est mensura quinq̃ pedũ pes autem spacium xv. digitorum. Illud tamen nõ te net in capellis que sunt in ambitu castellorum vbi pro pter loci angustiam nõ potest illud obseruari. vt xvj. q iij. quisquis. Qualiter autem debeat defendi confugi ens ad dicta loca. nota q̃ ex predictis casibus quantũ cunq̃ aliquis graue delictum cõmiserit. debent rectores ecclesie saluare ei vitam et membra 7 poterunt perẽ ti concedere recepto prius super impunitate eius idonea cautione. s. vel iuratoria tantum. vt. xvij. q. iij. id consti tuimus. vel fideiussoria 7 penali si timeatur q̃ ille qui petit nõbene seruet iuramentũ. ar. extra de reti. ipo. c. ex transmissa. Super eo autem q̃ inique fecit ille qui con fugit ad ecclesias. alias legitime puniendus. extra eo in ter alia. Porro talis q̃diu est in ecclesia. nec extrabẽdꝰ est. nec vestis nec victualia ei deneganda nec molestan dus. C. de his qui ad eccle. cõfu. l. presenti. q̃ si quis cõ trafecerit. sciat se crimen lese maiestatis irretitum. 7 vlti mo. supplicio puniẽdum. 7 ad requisita nature debitis exeat locis. ita tamen q̃ non accedat ad alias domos. vt dicto. c. diffinuit. xvij. q. iij. De expensis autem tali sic confugienti prouidebit ecclesia. sicut rectori carceris prouidebit captiuis. vt notatur in dicto ca. diffinuit. in glo. Item nota q̃ etiam confugientes ad monaste ria 7 conuentus debent quantum possibile est contura ri. dicit enim grego. xvij. q. v. c. Reos sanguinis defen dat ecclesia. ne effusione sanguinis particeps fiat. vbi dicit glo. iob. q̃ non solum confugientes ad ecclesiam sz et non confugientes ad ecclesiam quandoq̃ iuuabit. sz cum distinctione. quia si iniuste damnati sunt omnib⁹ modis iuuabit. quibus. s. cõmode potest. si iuste debet si est spes correctionis eorum tamen temperate. nõ im portune. iuuabit. s. intercedendo pro eis ne ex indiscre ta defensione incidat in malam opi. xvij. q. ij. ca. bi qui.

De immunitate per §. II.

sonarũ ecclesie 7 predictorum ecclesiasticorum. Nota fm ray. q̃ ecclesie nõ debent fatigari angarijs vel seruitutib⁹ per sonarũ vel rerum. C. de epi. 7 cle. omnes pbros. xvj. q. ij. ecclesiarum. In necessitate tñ vel si ciuitas esset obsessa

